

FLORA.

65. Jahrgang.

No. 32.

Regensburg, 11. November

1882.

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. XVI. (Fortsetzung.)
— P. Gabriel Strobl: Flora der Nebroden. (Fortsetzung.) — Literatur.
— Anzeige.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XVI.

(Fortsetzung.)

518. *Leptotrema Wightii*; *Thelotrema Wightii* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 50, *Endocarpon Wightii* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 155, thallo gaudet primum caesio-virente et dein decolorando argillaceo-cinerascente; recens *Leptotrema glaucescens* s. *Thelotrema glaucescens* Nyl. l. c. p. 47 quoad thallum simulat, sed apothecia sunt alia. A proximo *Leptotremate phaeosporo*, s. *Thelotremate phaeosporo* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 38 praesertim sporis minoribus, saepius 15—22 μ longis, magis subglobosis et intus irregulariter divisis differt. E Nova Hollandia orientali prope Toowoomba a cl. Hartmann pulchre lectam cel. Ferd. v. Mueller misit.

519. *Ocellularia cavata*; *Thelotrema cavatum* Ach. Syn. p. 116, non Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled., a proxima *Ocellularia Bonplandiae* Spreng. Syst. 4. 1. p. 242 (fide specim. Féeani sub *Thelotremate Bonplandiae*), cui addendum est *Thelotrema olivaceum* Montg. Cub. p. 165 et Syllog. p. 363, vix nisi in eo differt, quod apothecia demum magis emersa, basi distinctius circum-

Flora 1882.

32

scripta v. subinde nonnihil constricta, quae tum ad illa „*Ascidii Cinchonurum* Fée“ accedunt, sed specimina intermedia occurrunt, quae tamen in sectione verticali epithecium et marginem proprium firme nigricantem ostendunt, tum in *O. Bonplandiae* epithecium pallidum et anguste fusciculatum adsit. — Haec recenter etiam in Australiae prov. New South Wales a cl. Kirton lecta est.

520. *Thelotrema megalophthalmum* Müll. Arg. Thallus olivaceo-virens, instratus, sat tenuis, minute rugulosus, superficie laevis; apothecia immersa, non depressa; ostiola pro genere amplissima, $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ mm. lata, orbicularia v. suborbicularia, margine exteriori tenui lacero et cum thallo concolore et interiori subbreuiore albescente fere omnino adhaerente, demum conjunctim subsecedentibus cincta, discus superficiem thalli attingens (non depressus), planus v. madefactus paullo convexus, carneus v. demum decolorando-albescens; lamina undique hyalina; sporae in ascis octonae, 32—45 μ longae, 11—12 μ latae, utrinque rotundato-obtusae, rectae v. saepius distincte fabaceo-incurvae, hyalinae et pulchre murales, transversim 12—16-septatae, loculi longitrorsum 2—3-locellati. — Nulli nisi *T. leucophthalmo* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 39 affine, sed magis platycarpum, thallus aliter coloratus et margo alius. — Crescit corticola prope Toowoomba in Australia orientali: Hartmann.

521. *Tremotylium australiense* Müll. Arg. Thallus cinereo-albidus, tartareus, crassiusculus, continuus, sublaevis, undique crebre verruciferus, verrucae circ. $\frac{1}{2}$ mm. latae, vulgo plures in compositas irregulares confluentes, vertice depressae, circ. 1—4-carpicae, apice thelotremoideo-aperientes et circa discum punctiformi-orbicularem caesio-velatum satis defossum subcaesio-pallentes, aperturae cujusvis verrucae demum subseriatim confluentes et *Graphinam* simulantes aut in discum communem angulosum confluentes; thalamia in sarcothecio pallido thallo late cincto primum distincta, in sectione horizontali orbicularia, aquoso-fuscescentia, sub microscopio pure hyalina, in verticali altiora quam lata, fere 1 mm. alta, superne perithecio spurio fuscescente, caeterum hyalino, parallele filamentoso-cellulari (quasi paraphysibus condensatis et obscuratis, apice non segregatis) limitata; epithecium fuscescens, lamina tenacissima hyalina, hypothecium superne hyalinum, inferne fuscescens, paraphyses parallelae, trabeculatum connexae et cohaerentes; asci 1-sporei; sporae hyalinae, 100—180 μ longae, 35—50 μ latae, vulgo api-

culatae, creberrime parenchymatosae. — — E structura gonidiorum genus *Graphideis* nec *Lecanoreis* adscribendum est et *Phlyctides* et *Thelotrema* etiam ejusdem loci sunt. *Phlyctis*, *Thelotrema*, *Arthohelium* et *Graphina* dein evadunt inter se proxime affinia. — Corticola in Australiae prov. Queensland prope Too-woomba: Hartmann.

522. *Arthonia gracilentia* Müll. Arg. Thallus albus, cum epidermide confusus, obsolete nigro-limitatus; apothecia nigra, madida obsolete fusco-pallentia aut concoloria, erumpenti-innata, convexa, $\frac{9}{100}$ — $\frac{17}{100}$ mm. lata, gracilentia, vulgo pluries longiora quam lata et subrectangulatim pauciramulosa, subindivisa varie fracto-curvata et saepe subtoruloso-inaequalia, novella velata evoluta nuda, opaca, immarginata, intus obscura; lamina et hypothecium subolivaceo-flavicantia, epithecium olivaceo-nigrum; asci pyriformi-subglobosi, 8-spori; sporae hyalinae, 21 μ longae, 8 μ latae, dactylino-obovoideae, saepe incurvae, utrinque late obtusae, 6-loculares, locus superior reliquis multo major. — Prope *Arthoniam leptogramma* Müll. Arg. inseranda. — Corticola prope Rockhampton in Australiae prov. Queensland: Mad. Thozet.

523. *Arthonia delicatula* Müll. Arg. Thallus albus, tenuissimus, cum epidermide confusus, laevis; apothecia immersa, juniora cinereo-velata, demum magis denudata, $\frac{12}{100}$ mm. lata, orbicularia v. saepius grosse irregulariter angulosa v. pro parte 2—3-plo longiora quam lata et tum simplicia aut 1—2-ramulosa, sicca obscure olivacea, madefacta pallentia et olivaceo-aquosa, convexa, semper immarginata et intus obscura; epithecium pallide olivaceum, lamina cum hypothecio hyalina; asci obovoidei, 8-spori; sporae hyalinae, 18—21 μ longae, 6—8 μ latae, elongato-ovoideae, aequaliter 3-loculares. — Subaffinis est *A. Antillarum* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon., sed sporae majores et apothecia contra pluries minora et longe obscuriora. — Corticola ad Rockhampton in Australiae orient. prov. Queensland: Mad. Thozet.

524. *Arthonia Thozetiana* Müll. Arg. Thallus macula albida effusa indicatus, v. hinc inde lineis hypothallinis nigris parum conspicuis parce decussatus; apothecia linearia, $\frac{13}{100}$ mm. lata, simplicia v. saepius substellatim pauciramulosa, leviter emergentia, sicca prima fronte atra, sub lente rufo-nigricantia et margine tenui obscuriore cincta, novella griseo-velata, evoluta nuda et opaca, madefactorum discus pallescens et e nigrescente aquoso-

fumosus et hyalinescens, undique margine tenui multo obscuriore cinctus; epithecium et margo in sectione verticali olivaceo-nigricantes, lamina hyalina v. superne pallide olivacea, tenax, hypothecium hyalinum; asci oblongato-obovoidei, 8-sporei; sporae hyalinae, 12—13 μ longae, 5 μ latae, oblongato-obovoideae, 4-loculares, septa regulariter aequidistantia. — Prope *Arthoniam novellam* Krphl. Lich. Glaz. p. 74 locanda, caeterum valde distincta disco distincte obscurius marginato. Primo intuitu quasi forma exigua *Phaeographidis inustae* videtur. — Corticola in Queensland prope Rockhampton: Mad. Thozet.

525. *Graphina Hartmanniana* Müll. Arg. Thallus parum distinctus. Apothecia extus magnitudine et forma exacte illa *Graphinae Ruizianae* referentia, sed sporae aliae, multo minores et minus divisae (hyalinae), 19—23 μ longae, 6—8 μ latae, medio subconstrictae, utrinque acutiusculae, transversim 5—7-septatae, loculi semel longitrorsum v. oblique divisi. — Nulli cognitarum nisi speciei comparatae accedens. — Corticola in ramulis observata aliis Lichenibus majoribus obtectis et in Queensland prope Toowoomba a cl. Hartmann lectis.

Eodem loco ab eodem etiam *Graphina polyclades*, sc. *Graphis polyclades* Krphl. Beitr. Flecht. Flor. Austral. p. 13 lecta est. Planta saltem cum insufficiente descriptione quadrat, et extus potius *Graphinam fissio-furcatam* quasi laevigatam simulat quam *Graphinam streblocarpam* (*Graphidem streblocarpam* Bél.), sed sporae multo minores, cum iis *Graphinae sophisticae* potius quadrant. Ab affinibus insuper perithecio subtriplice tenuiore (incompleto) differt.

526. *Graphis* (s. *Solenographa*) *propinqua* Müll. Arg. Thallus olivaceo albicans, subtenuis, continuus, laevis, juxta lirellas elatutumidus; lirellae totae circ. $\frac{22}{100}$ mm. latae, parte visibili fere $\frac{10}{100}$ mm. latae, 1—2 $\frac{1}{2}$ mm. longae, in prominentias nanas thalli immersae, lateraliter prominentiis adnato-tectae, gracilentae, divergenter ramulosae; perithecium basi continuum, fusco-nigrum, epithecium angustum, subrimiforme, nigrum; asci 8-sporei; sporae hyalinae, 45—66 μ longae, 10—12 μ latae, 12—16-loculares, halone pellucido amplo involutae. — Prope *Graphidem subdisserpentem* Nyl. Andam. p. 16 et *Gr. subassimilem* Müll. Arg. L. B. n. 455 inserenda est. — Corticola in Queensland prope Toowoomba: Hartmann.

527. *Graphis* (s. *Eugraphis*) *crassilabra* Müll. Arg. (non *Fissurina crassilabra* Montg. et v. d. Bosch., quae non est species

Graphidis). Thallus albidus, effusus, subtenuis, ruguloso-inaequalis; lirellae gracilentae, flexuosae, subramosae, 1—2 mm. longae, intus albae, extus parte nuda $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{10}$ mm. latae, prominentiis thallinis flexuoso-vermiformibus superne albioribus innatae, i. e. extus usque ad apicem late thallino-duplicatae s. crassilabrae, margines proprii nigri, vertice nudi, conniventes; epithecium rimiforme, angustum, albido-pruinose, dein nudum et atrum, perithecium basi deficiens; thalamium intus album, hypothecium hyalinum v. inferne fuscenscens; asci 4—8-sporei; sporae hyalinae, 45—62 μ longae, 10—12 μ latae, 12-loculares. — Habitu et sporis ad *Gr. propinquam* accedit, sed thallus albior, apothecia labiis crassis thallinis valde emergentibus praeditae et perithecium basi non continuum. — Corticola in Australiae prov. Queensland prope Toowoomba: Hartmann.

528. *Phaeographidis* sect. *Solenothecium* Müll. Arg. Perithecium nigrum, completum, sc. basi sub hypothecio continuum; discus rimiformis v. angustus. — Sectio analogae *Graphidis* sectioni *Solenographae*.

529. *Phaeographis* (s. *Solenothecium*) *subcompulsa* Müll. Arg. Thallus flavescens-albidus, effusus, laevis, dein obsolete ruguloso-inaequalis; lirellae confertae, semiinnatae, gracilentae, acutae, basi utrinque thallino-duplicatae, caeterum parte emersa nuda et atrae, non sulcatae, subastroideo-ramosae v. varie curvatae, breviusculae; perithecium basi continuum, epithecium rimiforme, dein labiis discretis plano-apertum, demum fere $\frac{1}{5}$ mm. latum, atrum, nudum; lamina flavescens-hyalina; asci 8-sporei; sporae 37—45 μ longae, 8—10 μ latae, 8—9-loculares, mox fuscenscentes. — Similis brasiliensi *Graphidi compulsae* Krph., sed lirellae demum latius apertae, sporae majores et fuscenscentes. *Graphis assimilis* Nyl. dein, quae etiam sat similis, gaudet sporis minoribus et hyalinis, et javanica *Graphis subassimilis* Müll. Arg. differt sporis angustioribus, magis divisis et hyalinis. — Corticola in Australia austro-orientali ad Nepear River: Woolls.

530. *Phaeographis* (s. *Solenothecium*) *cinerascens* Müll. Arg. Thallus cinereo-albidus, effusus, instrato-inaequalis, caeterum laevis; lirellae sparsae, sessiles, basi thallino-duplicatae, circ. $\frac{2}{3}$ — $\frac{3}{4}$ mm. longae, $\frac{2}{3}$ mm. latae, simplices, rectae v. subrectae, obtusae, atrae, nitidulae, haud sulcatae; perithecium basi continuum, epithecium ob labia arcte conniventia clausum, dein hianti-aperiens et planum; asci 8-sporei; sporae fuscenscentes, circ. 46 μ longae, 9 μ latae, 7—8-loculares, utrinque subapicu-

lato-acutatae. — Affinis est *Ph. subcompulsae*, sed thallus cinereus, apothecia emersa, sparsa et duplo latiora, simplicia et obtusa et nitidula. — Corticola ad Nepear River in Australia austro-orientali: Woolls.

531. *Phaeographidis* sect. *Anisothecium* Müll. Arg. Perithecium nigrum, basi deficiens; discus subrimiformis, angustus. — Sectio analoga *Graphidis* sectioni *Eugraphidi*.

532. *Phaeographis* (s. *Anisothecium*) *inscripta* Müll. Arg. Thallus albidus (nonnihil flavescens-albidus), tenuis, laevis; lirellae omnino immersae, valde confertae, astroideo-ramulosae, ad latera marginibus thallinis late tumidis superatae, superne tamen mox a thallo solutae, angustae, clausae, nigrae et nudaе, apertae demum $\frac{1}{10}$ — $\frac{1}{8}$ mm. latae; perithecium basi deficiens aut interdum rudimentarium et obfuscatum; asci 8-spori; sporae fuscescentes, 44—48 μ longae, 9 μ latae, 10-loculares, utrinque nonnihil apiculato-acuminatae. — Extus prima fronte formam tenellam *Graphidis serpentinae* simulat, sed lirellae depressae, sporae majores, subapiculatae et fuscescentes. — *Phaeographa computata*, sc. *Graphis computata* Krph. Lich. Becc. p. 36 e Borneo affinis est, sed (e specim. Becc.) sporis minoribus et lirellis dissimilibus differt. — Etiam chinensis *Phaeographis discurrens*, s. *Graphis discurrens* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 73, obs., affinis at diversa est. — Corticola crescit ad Nepear River in Australia austr.-orient.: Woolls.

533. *Phaeographis* (s. *Anisothecium*) *australiensis* Müll. Arg. Tota similis *Graphidi serpentinae*, sed lirellae magis clausae, basi secus margines thallino-duplicatae et sporae fuscescentes, utrinque apiculato-acuminatae. — Lirellae graciles, 1—2 mm. longae, varie curvatae, et depauperato-astroideo-ramosae, apice angustatae aut obtusae; sporae circ. 34 μ longae et 7 μ latae, 8-loculares. — Corticola prope Parametta in Australia austro-orientali: Woolls.

534. *Opegrapha* (s. *Lecanactis*) *plurilocularis* Müll. Arg. L. B. n. 439; *Lecidea plurilocularis* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 54. — Apothecia in forma genuina speciei atra, novella obsolete virenti-pruinosa. — In Nova Caledonia, et in Novae Hollandiae prov. Queensland prope Toowoomba: Hartmann.

— — v. *pruinosa*; apothecia juniora intense virenti- v. aëru-ginoso-pruinosa, evoluta subnuda. — In Nova Caledonia, et in Australiae prov. Queensland prope Toowoomba: Hartmann.

— — v. *umbonata*; apothecia parvula, nigra v. leviter aëru-

ginoso-pruinosa, discus e centro prolificando-umbonatus, in centro umbonis plus minusve umbilicatus; thallus magis virens. — In neocaledonica insula Lifu: Vieillard.

— — v. *obfuscata*; omnia ut in forma genuina speciei, sed thallus obfuscatus, ad illum *Op. insignioris* accedens, ubi sporae majores. — Cum praecedentibus corticola prope Toowoomba: Hartmann n. 35.

(Schluss folgt.)

Flora der Nebroden.

Von

Prof. P. Gabriel Srobl.

(Fortsetzung.)

B. *Cynarocephalae* Juss.

Echinops sicularis mihi Fl. nebrod. exsicc.! *ruthenicus* Guss.
* Syn. et Herb.!, Todaro fl. sic. exsicc. 1225!, non MB. Perenn, bis 1 m. hoch, oberwärts sparsam aestig, Blätter oberseits kahl oder etwas spinwebig, grün, unterseits mitsamt dem Stengel ziemlich dünn weisszottig wollhaarig, die Wurzelblätter gestielt, länglich, bis $1\frac{1}{3}$ m. lang, fiederspaltig mit 2—4 cm. breiter Spindel; Stengelblätter länglich, sitzend, fiederspaltig, Spindel 10—14 mm. breit, Blattzipfeln ungefähr 20—30 mm. lang, buchtig gelappt; die obersten Blätter buchtig gezähnt, länglich linear, die Spitzen der Lappen mit kräftigem, gelbem, 3—5 mm. langem Eddorne, dazwischen zahlreiche viel schwächere, gelbe Raddornen; Blütenstiele kurz, mit 3—4 kleinen Blättern besetzt; Blüthenköpfe kugelig, fast von der Grösse des *Ritro* L.; das Anthodium überragt die zahlreichen, linealborstenförmigen, ästigen Basilarborsten um das 2—3fache, die Anthodialblättchen sind gekielt, kahl, 10—12 mm. lang, 2 mm. breit, lanzettlich, etwas gekörnelt rauh, vom Grunde, meist aber erst von der Mitte an lang gewimpert, die Wimpern der Mitte 2 mm. lang, mit sehr feinen Borsten besetzt; gegen die Spitze hin werden sie kürzer und die dornige Spitze der Anthodialblättchen überragt sie weit; Anthodialblättchen gegen die Spitze hin kornblumenblau, vor der Anthese grün. Die Pflanze der Nebroden ist jedenfalls nicht

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1882

Band/Volume: [65](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 499-505](#)